

charitatis esse verè, & realiter Corpus, & Sanguinem Christi, siquidem infimè Hæretici fatentur, credendum esse scriptis SS. Patrum, qui sex primis sæculis floruerunt. Rich. Ardeckim tom. 1. trakt. 1. cap. 10. quæst. 7. De ord. success. Pontificum Romanor. 6. & 7. sæculo pag. mibi 73. Ideò S. Cypr. sermo de Cena Dom. ait: *Panis ille, quem Dominus Discipulis suis porrigebat, non effugit, sed natura mutatus est, cum potentia Verbi effectus est caro. Quid queso claris dici potest? S. Hilar. lib. 8. de Trinit. scribit: De Veritate Carnis & Sanguinis non est relictus ambigendi locus. S. August. serm. in Pf. 33. ait: Ferbatur in manibus suis. Quomodo hoc intelligatur in Davide secundam litteram non invenimus, in Christo autem invenimus; Ferbatur enim Christus in manibus suis, quando commendans ipsum Corpus suum ait: Hoc est Corpus meum; ferbatur enim illud Corpus in manibus suis. Concordat S. Joan. Damascenus de Fide lib. 4. cap. 14. dicens: Dominus dixit hoc est non corporis signum, sed Corpus: non Sanguis signum, sed Sanguis. Pariter S. Epiphanius in 7. Sinodo ad. 6. Numquam invenies (inquit) neque Dominum, neque Apostolos, neque Patres inventum illud sacrificium, quod à sacerdote offertur, imaginem dixisse, sed ipsum Sanguinem. Eandem veritatem apertissimis verbis professi sunt S. Ambrosius & S. Cyr. Jerosol. in lectionib. 2. Noct. ser. 4. & 5. infra Oñav. Corpor. Christi, & S. Cyrillus. Alexandr. in 3. Nocturn. Oñav. ejusdem festi, adeò ut negare realem existentiam Corporis, & Sanguinis Domini in Eucharistia idem sit, ac dicere, supradictos SS. Patres fuisse Hæreticos, & ab Ecclesia separatos. Quod quidem est horrendum dictum: cum id ipsi fuerint primitivæ Ecclesiæ præcipui Doctores, ac defensores; & absque dubio confitent, primitivam Ecclesiam nunquam negasse dictam realem præsentiam, sed illam semper docuisse, & per suos Patres, & Doctores posteris tradendam proposuisse. Quartum, & non leve argumentum hujusce veritatis sumitur ex illa manifesta accusatione, quam Pagani faciebant contra fideles, primitivæ Ecclesiæ, vocando illos Antropophagos, idest comestores carnis humanæ, quia manducabant Christi Carnem & Sanguinem in SS. Eucharistia, ut scribit Tertull. qui vixit secundo, circiter, Christi ævo; lib. 6. Apolog. contra Celsum cap. 7. & 9. Quomodo igitur primi Christiani veræ, & primitivæ Ecclesiæ, fuissent accusati ab Ethnicis, ut Antropophagi, si in Eucharistia panem tantum, & vinum manducarent, non autem Carnem, & Sanguinem Domini? Quæ quidem argumenta laus enarrant Andr. de Castellana in suo Mission. Apostolic. part. 4. Instru. 5. & novissimè Rich. Ardeckim in Theolog. Tripartita dist. tom. 1. de Sacramento Eucharistie cap. 3.*

DECISIONIS VII.

Ad Februarii Quæstum secundum.

ARGUMENTUM.

Continet undecim non inelegantes differentias inter hoc, & alia sex Sacramenta Ecclesiæ, quarum ultima est, EUCHARISTIAM nutrire etiam corpora devotè communicantium; idque pluribus exemplis comprobatur.

SUMMARIUM.

- 1 Differentie undecim inter Sanctissimam Eucharistiam, & alia Sacramenta.
- 2 Exempla eorum, qui vivebant sola Eucharistia absque alio cibo.

QUÆSITUM SECUNDUM.

Per quid differat Eucharistia à cæteris Sacramentis.

Undecim Differentias collegi ex Responsionibus transmissis, Prima ex Materia, & Forma, quæ est omnino diversa à materiis, & formis aliorum Sacramentorum. Emin. Card. de Lugo de Sacram. Eucharist. dist. 1. num. 2. Secunda, ratione finis, nam Eucharistia instituta est ad conservandam, & augendam vitam spirituales Animæ, non secus, ac cibus materialis conservat vitam naturalem, qui finis non competit ex propria institutione alteri Sacramento. Concil. Trid. sess. 13. cap. 2. Tertia, Nam cætera Sacramenta materie usu perficiuntur, dum scilicet alicui administrantur, at Eucharistia perficitur sola consecratione ipsius materie, & verum Sacramentum esse non definit, quamvis in Pixide asservetur, Catech. Roman. de Sacram. Eucharist. cap. 9. Less. de eod. Sacram. quæst. 78. num. 1. Emin. Card. de Lauræa de Eucharist. disp. 17. art. 3. & Magistrus in Theolog. Moral. disp. 18. num. 4. Quarta; quia in consecrandis aliis Sacramentis nulla fit Materie, atque elementi in aliam naturam mutatio; in Eucharistia verò substantia Panis, & Vini mutatur in Corpus, & Sanguinem Christi. Cap. Panis est, de consecrat. dist. 4. Catech. Roman. d. Cap. 9. Quinta, quia reliqua Sacramenta perficiuntur à Ministro, ut Minister est; sed Sacramentum Eucharistie perficitur à Ministro ut immediatè representat Christi personam; sicut lex Verus data fuit ab Angelo, ut immediatè representante ipsum Deum; unde Angelus sæpè dicebat: Ego Dominus, ut observat Lessius d. quæst. 78. art. 1. Sexta, quia Eucharistia semper habet effectum suum, idest Corpus Christi; alia autem Sacramenta non semper habent effectum realiter, ut ex Scoto in 4. dist. 8. quæst. 1. notat Emin. Card. de Lauræa d. disp. 17. art. 3. Septima, quia Sacramentum Eucharistie est fons, & origo gratiæ, continens Christum Dominum, auctorem totius gratiæ, cætera verò Sacramenta sunt veluti rivuli, recipientia ab hoc fonte quiddam boni, & perfectionis habent. Catech. Rom. de Sacram. Euchar. cap. 46. S. Thom. 3. p. 2. q. 79. art. 1. Oñava, quia Sacramentum Eucharistie adoratur cultu latriæ, non autem reliqua, ut ex SS. Ambr. Chrysol. & August. demonstrat Layman lib. 5. trakt. 4. cap. 1. num. 3. & Baldellus tom. 2. lib. 3. disp. 8. num. 15. 16. 17. Nona, quia cætera Sacramenta non sunt Sacrificia: at Eucharistia Sacramentum est, & Sacrificium, in ea enim continetur Hostia mundissima, quæ offertur æterno Patri. Canus de locis Theol. lib. 12. cap. 13. in fin. Decima, quia alia Sacramenta conferunt gratiam in eodem instanti, quo recipiuntur, sed SS. Eucharistie Sacramentum diffundit suam gratiam in animam illud recipientem toto tempore, quo species Sacramentales durant in stomacho, eandem gratiam augendo, ut ex Cajetan. Valent. Suarezio, Aversa, Hiquo, & aliis, probabilius esse ostendit Emin. Card. de Lugo de Euchar. disp. 12. num. 48. & seqq. usque ad num. 66. Magistr. in 4. sent. disp. 3. n. 415. & in Theolog. Moral. dist. disput. 18. num. 54. Undecima, quia Eucharistia præter plurimos spirituales effectus, quos operatur in Anima, de quibus infra Mense Octobri, extendit etiam suam virtutem ad corpora illorum, qui devotè eam sumunt; dum plurimi vixerunt longo tempore absque alio cibo, quam sacra Communionem, ut ex sequentibus exemplis.

I. Sanctus Gerasimus Abbas quadraginta dies absque cibo jejunos transibat, contentus sola Eucharistie participatione. Bolland. in Actis SS. Martii tom. 1.

II. S. Simeon Stilites sæpius absque cibo, & potu qua-

tu quadraginta dies jejunavit, & nisi die Paschæ sumpto Christi Corpore quidam favebat. Theodoret. in Hist. Reliq. cap. 26.

III. S. Catharina Senensis à die Cinerum, usque ad Ascensionem Domini sine cibo perduravit, sola Eucharistia Communionem contenta. Friger. in ejus vita lib. 1. c. 8. num. 5. & Blossius in Monili in append. ad d. Sanctam. Idcirco de ea sic proficitur, & profert Ecclesia in Missa ejusdem sanctæ post Communionem: *Aeternitatem nobis Domine conferat, qua possi sumus Mensa celestis, que Beata Catharine Virginitatis vitam etiam aluit temporalem.*

IV. S. Rosa Peruana solo Eucharistico cibo satiata integras, nihil aliud degustando, transigebat hebdomadas. Bertolin. in ejus vita cap. 22.

V. De Erone Monacho, non nisi per tres menses comeditisse suscepta sola Communionem sacramentali, scribunt in Vitis PP. lib. 8. cap. 32.

VI. Sancto Liberali Altimoniensi, cujus ossa Tarvisi honorantur, concessum fuisse, ut Dominico quoque die spiritali alimonia Corporis, & Sanguinis Christi, & sine ullo alio cibo reliquum tempus perageret, refert Petr. de Natal. lib. 4. cap. 93.

VII. S. Ebrulphus Abbas octogenarius, in gravem morbum lapsus, dies quadraginta septem vixit nihil profus esculentis, aut poculentis sumens præter aquam solam, & Corpus, & Sanguinem Christi. Sur. tom. 6.

VIII. Liduvina puella devota intra octo & viginti annos, nullo corporali cibo refecta, solo Dominici Corporis Sacramento per singulos dies Dominicos accepto, vixit abito, corpus attenuatum solis nervis cohererebat, & ossibus; carnes consumptæ vires ademerant, Circa Anno 1424. Krentzius in Wandalia lib. 11. cap. 3.

IX. B. Catharina Genensis tempore Quadragesimæ, & Adventus nullo corporali cibo vesceretur, solaque Eucharistia nutrita illis temporibus vivebat. Hocque prodigium fuit in ea viginti tribus annis, tempore Quadragesimæ, & Adventus: reliquo etenim tempore cibum corporalem favebat. Ejus vita cap. 4. impressa Genæ anno 1677.

X. B. Angela Fulginea tantam fortitudinem, & nutrimentum, ex hoc Sacratissimo reportabat Convivio, ut per duodecim annos continuos nihil corporalis cibi degustarit, plene satiata hac esca Celesti, quam quotidie digno favebat fervore, ut habetur in Annal. Minor. anno 1309. num. 14.

XI. Columba virgo Peruana sola Eucharistia ad multos annos absque cibo vitam mirabiliter conservavit, ex Krentzio d. lib. 11. cap. 3.

XII. Nicolaus de Rupe Eremita Saxulæ in Helvetia, relicta Conjugæ, & liberis in Eremitum secedens, Deo servivit, sine corporali cibo, sola Eucharistia nutritus, annis decem, & novem, ac mensibus sex. Oloric. Rainald. anno 1480. num. 42.

XIII. In parte Aquilonari Angliæ, dicta Northfolchia, fuit devota quædam in Christo puella dicta vulgariter Joanna Meles, idest sine cibo, quia nunquam cibum gustare, vel potum, per tempus annorum quindecim reperta est, sed solo Sacramento Dominici Corporis, diebus Dominicis vesceretur, ut refert Thom. Valden.

XIV. Anno Domini 1288. comperta est in Germania in Villa Bykel puella, quæ absque omni cibo annos triginta vixit, Eucharistie sacrosancto Sacramento contenta: & cum aliquando Sacerdos Hostiam non consecratam obtulisset, & ipsa incauta assumpsisset, intra fauces hæsit, adeò, ut glutire non valuerit: Mox verò cum Hostia consecrata oblata fuisset, absque alio impedimento glutivit. Ita Major. dier. Canicular. collat. 4.

XV. S. Arsenius Constantinopolitanus eo perfectionis, extinctis propè sensibus devenit, ut nullo terrestri palu indigeret, sed Angelorum pane, &

immortali ambrosia pasceretur. Roder in Viridar.

XVI. Soror Dominica de Paradiso toto Quadragesimæ tempore nihil aliud cibi degustavit, nisi Sacramentum Eucharistiam, quæ sola etiam vivebat integris hebdomadibus. Ignat. de Nente in ejus Vita. 2. c. 8.

XVII. Ursula Benincasa celestis refecta cibo per tres, aut plures dies vivebat absque alio alimento, quam Eucharistico, ut in ejus vita cap. 35.

XVIII. Pauper Sacerdos, quem Portia Cardinalis Baronii Mater elemosynis sustentabat, vixit quadraginta dies nullo alio gustato cibo, nisi Sacrosancto Corpore, & Sanguine Christi, quod in Missæ sacrificio quotidie assumebat, alendo prædictis elemosynis plures nepotes pupillos, eosque mendicos. August. Mannus Hist. select. cap. 240.

XIX. Beata Colleta Monialis Ordinis S. Claræ, ad exemplum Salvatoris jejunavit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, solo Eucharistico pane refecta. Wadingus in Chron. anno 1406. P. Leonard. à Neapoli in Chron. Reliq. Seraphice part. 3. lib. 3. cap. 25. num. 103.

XX. Soror Maria Villa Ordinis Prædicatorum nullo corporali cibo indigebat, nam tribus, quatuorve hebdomadibus jejuna perseverabat, sola Eucharistia refecta, & si ex obedientia cibum fumeret, violenter statim è stomacho rejiciebat. Dominic. Maria Marches. in ejus Vita, quem refert Jo. Bonifac. Bagatta in Admirand. orb. Christian. tom. 2. cap. 3. f. 5. ubi plurima consimilia exempla, quæ brevitate causa omittuntur, à piis lectoribus poterunt videri præter supradicta per eundem R. P. Bagattam relata.

DECISIONIS VIII.

Ad Februarii primum Casum.

ARGUMENTUM.

Disputatur, an Vir Nobilis habens domi suæ Oratorium privatum ex Indulto Pontificio, possit in eo bis, terve in hebdomada communicari? Ex hac occasione plenè explicatur, quæ sint Oratoria Publica, & quæ privata? Docentur utrorumque conditiones, & prærogativæ. Ostenditur, posse Episcopum ob gravem causam concedere, ut aliquando celebretur Missa extra Ecclesiam exemplo Gaslini Episcopi Patavini anno 980. in Villa Pulverariæ, ubi miraculosè fuit reperiunt Corpus S. Fidentii Paduani Antistitis. Ostenditur, Oratoria Palatiorum Cardinalium esse Publica; nec non illa Episcoporum; & horum septem Privilegia, à Jure concessa, recensentur. Examinatur, an Regulares possint celebrare in Oratoriis privatis? Et veritas ex optimis Auctoribus hauritur. Tandem enucleantur singulæ Clausulæ Litterarum Apostolicarum, quibus conceditur Personis Nobilibus Oratorium privatum; per resolutionem plurium dubiorum in praxi occurrentium. Deinde proposito casu de communicando Patrono in Oratorio privato respondetur.

SUMMARIUM.

- 1 Oratoria alia sunt publica, alia privata.
- 2 Oratoria sunt publica, si obitum in via publica habeant.
- 3 Oratoria publica gaudent Ecclesiastica immunitate: secus privata.
- 4 Oratoria privata non dicuntur capacia pollutionis.
- 5 Oratoria publica an possint habere januam, per quam habeatur ingressus in domum privatam? Opinio negativa. 6. Opinio affirmativa 7.
- 6 Conjectura interpretativa litterarum Pape, & De-

- cretarum Sanctae Congregationis valet, & est attendenda.
- 9 Janua lateralis Oratorii publici, si nocet reverentia debite loco sacro, est muro claudenda.
- 10 Ecclesie plures Parochiales Urbis, & Dioecesis Patavinae, praeter januam publicam, aliam habent introeuntem in domum Parochi.
- 11 Oratorii publicis potest Episcopus leges praescribere circa tempus celebrandi.
- 12 Episcopus ob gravem causam potest concedere, ut celebraretur Missa extra Ecclesiam.
- 13 Capella existentes in Palatiis Civitatum, ubi Magistratus conveniunt, censentur Oratoria privata.
- 14 In Capellis Palatorum, ubi resident publici Reges in Serenissimo Dominio Veneto, celebratur Missa ex generali Indulto Apostolico: ac in Capellis pro carceratis.
- 15 Oratoria privata sunt in quadruplici differentia.
- 16 Oratoria privata Cardinalium admittunt celebrationem quorumcumque Sacramentorum.
- 17 Cardinales circa celebrationem Missae potiuntur usum Privilegii sicut Episcopi.
- 18 Episcopi septem Privilegia sunt a jure concessa.
- 19 Episcopus potest ubique celebrare cum Altari portatili: non autem Romae.
- 20 Missam die Festo audiens in Oratorio privato Episcopus, satisfacit praeccepto; etiam absente Episcopo.
- 21 Regulares olim poterant ubique celebrare in Altari portatili.
- 22 Regularium privilegia circa Oratoria privata, per Concil. Trident. supposita sunt arbitrio, & licentia Episcopi.
- 23 Oratoria privata sunt prohibita a Concil. Tridentino.
- 24 Sacra Congregatio Concilii Anno 1613, jussu Pauli Pape V. prohibuit Episcopis, ne permitterent celebrationem Missae in Oratoriis privatis.
- 25 Clausula Brevis Apostolici pro Oratorio privato declarantur.
- 26 Innocentius XII. creatus Papa die 12. Julii 1691. vocabatur Antonius Cardinalis Pignatellus Neapolitanus.
- 27 Pontifex Romani ceperunt mutare sibi nomen anno 844. sub Sergio Papa secundum Platinam: sed verius sub Adriano III. vel Joanne XII.
- 28 Error nominis vel cognominis in Breve Apostolico non vitiat gratiam: est tamen remittendum Romam pro correctione, nisi error esset in Sylaba. 29.
- 30 Error in Breve Oratorii privati circa Dioecesim, non officit.
- 31 Privilegium Oratorii privati est personale, & illud habens eo utitur ubique.
- 32 Veneti Nobiles habentes Breve Oratorii privati, eo uti possunt etiam extra Venetias; & dicuntur Dioecesani in toto Serenissimo Dominio Veneto.
- 33 Nobilitas ex Privilegio, vel ex Matre tantum sufficit pro Breve Oratorii privati.
- 34 Oratorium privatum vigore Brevis Pape est semper approbandum ab Ordinario.
- 35 Oratorium privatum quae muris claudi debeat? & quomodo esse debeat liberum a domesticis usibus.
- 36 Oratorium privatum potest visitari quandocumque pro libitu Ordinarii.
- 37 Ordinarius peccat mortaliter approbando Oratorium privatum carens qualitatibus expressis in Indulto Pontificio.

- 38 Appellatio datur a denegata executione Brevis pro Oratorio privato.
- 39 Oratorii privati licentia non expirat per mortem Papae, vel Episcopi.
- 40 Oratorium privatum habentes, peccant si ultra unam Missam in die faciunt celebrare in eo: prout etiam peccant ipsi celebrantes. Secus de Regularibus, Episcopo annuente.
- 41 Oratoria duo privata possunt esse in eadem domo, in qua habitent duae familiae nobiles.
- 42 Breve secundum valet, nondum expirato primo pro Oratorii privati, seu Indulgentius; si executio deferatur post expirationem primi.
- 43 Approbatus ad celebrandum in Dioecesi, potest celebrare etiam in Oratorio privato.
- 44 Jura Parochialia quaequam sunt?
- 45 Benedictiones, quae sunt in Missali, fieri possunt a quocumque sacerdote. Secus autem quae sunt in Rituali.
- 46 Oratorii in privatis, quibus diebus non sit celebrandum?
- 47 Familia nomine, qua persona veniant, pro celebranda Missa in tarum presentia in Oratorio privato?
- 48 Hospites nobiles qui sint, ut audire possint Missam in Oratorio privato?
- 49 Hospitium nobilium famuli satisfacunt praeccepto, audiendo Missam in Oratorio privato, ubi eorum Domini hospitantur.
- 50 Famuli necessarii qui sint, ut possint audire Missam in Oratorio privato domus, die festivo.
- 51 Hortulanus, & Casalduus non satisfacunt praeccepto, audiendo Missam in Oratorio privato sui Domini.
- 52 Missam tenetur audire in Oratorio privato Privilegiatus, nisi habeat impedimentum, propter quod non possit ire ad Ecclesiam.
- 53 Bulla Cruciatu fructus potest habere Oratorium privatum in propria domo, non autem audire Missam, & satisfacere praeccepto in alienis Oratoriis privatis.
- 54 Oratorium privatum habens, potest in eo, dum Missa celebratur, recipere sacram Communionem ex devotione a celebrante.
- 55 Celebrans ex universalis consuetudine, & ex tacita licentia Episcoporum, & Parochorum, potest communicare adstantes suae Missae.

PRIMUS CASUS.

V Ir Nobilis ex Indulto Pontificio, Oratorium privatum domi suae habens; cupit dum Missam audit in eo, communicari una cum Uxore sua, tunc in hebdomada a Sacerdote celebrante. Queritur, an liceat?

Ad dignoscendum, an liceat administrare Sanctissimam Eucharistiam praedictis nobilibus conjugibus in eorum Oratorio, duo necessaria sunt notanda praemissa.

Primum est, quod Oratoria alia sunt Publica, alia Privata. Illa dicuntur Publica, quae consecrata, vel benedicta sunt pro celebratione Missae de licentia Episcopi, & quorum ostium est in publica via, ita ut ad illa cuilibet fidei sit liber accessus cap. Auctoritate il. 4. de Privileg. in 6. Ventriglia in Praxi fori Eccles. tom. 2. Annot. 19. numer. 3. & numer. 14. Barbosa de Jure Ecclesiastico Univers. lib. 2. cap. 8. numer. 11. & sequentibus. Caesar. de Pannimol. cap. 88. Annot. 1. numer. 12. & 13. & Biffus in Hierurgia tom. 2. Verb. Oratoria §. 1. & 2. ubi notat, quod haec publica Oratoria diversis nominibus nuncupantur, videlicet Oraculum, Capella, Sacella, id est Sacra Cella, & fufius prolequitur Pigna-

Pignatell. tom. 6. consult. 98. a. numer. 1. usque ad nu. 31. qui eruditè ex antiquis Scriptoribus exhaurit denominationem Basilicarum, seu insignium Templorum; ad differentiam humilium Capellarum, seu Oratoriorum, de quorum publicitate est praesumendum; (cessante legitimo documento licentiae Episcopalis) si in ipsis publicè Missae Sacrificium celebraretur, si extet Campanile, & Campana; si habeant dotem, Altare lapideum stabile, ut sit consecratum; Panimoll. d. decif. 88. Annot. 1. n. 12. & segg. Ventriglia d. Annot. 19. numer. 16. Loter. de Re benef. lib. 1. quest. 5. numer. 66. & Genuens. in Praxi Curiae Archiepisc. Neapol. cap. 17. n. 4. Quae sunt observata digna, cum Oratoria publica gaudeant Ecclesiastica Immunitate. Marc. Ital. de Immunit. Eccles. cap. 4. §. 4. & Farinarius eod. tract. numer. 267. & sint capacia pollutionis. Passerin. de Pollut. Eccles. disp. 2. cap. 5. numer. 4. Secus autem si sint Oratoria privata, quamvis in eis de licentia Papae celebretur Missa. Passerin. ibid. d. numer. 4. & alios concordantes cumulat Diana part. 12. tract. 1. resol. 81. quae in coordinato est. tom. 4. tract. 8. resol. 81. adeo ut luxurians in Oratorio privato non committat sacrilegium, neque teneatur in confessione hanc loci circumstantiam aperire. Pellizzar. in Manuali Regular. tom. 2. tract. 5. cap. 3. numer. 44. Barbof. de Jure Eccl. lib. 2. cap. 8. numer. 16. Pignatell. d. tom. 6. consult. 98. numer. 12. & Diana coordin. d. tom. 4. tract. 2. resol. 63. desumpta ex part. 9. tract. 1. resol. 70.

Et quoniam, ut diximus, praecipuum requisitum est Oratorii publici, ut ejus Ostium sit in publica via; ita ut quilibet fidelis possit ingredi in ipsum; non est levis controversia, an in hujusmodi publicis Oratoriis possit Episcopus permittere, ut praeter ostium in publica Via, habeant aliam Januam; ex qua pateat ingressus in domum privatam, & per quam Patroni procedere possint in ipsum Oratorium? Et nonnullis visum est respondendum, quod Episcopus dictam secundam Januam non possit concedere; nam eatenus Summus Pontifex permittit Episcopis facultatem approbandi, & licentiam concedendi, ut in Oratoriis, & Capellis privatorum, possit Missa celebrari, quatenus ipsa Oratoria, seu Capellae habeant ostium, quod immediate respondeat in viam publicam, & nullum habeant aditum, vel prospectum a loco privato, etiam si in privato solo constructa sint, & parietes non sint cum aedibus privatorum communes, ut ex mente S. Congregationis notat Fagnan. in cap. Auctoritate numer. 24. de Confibus tom. 5. pag. 287. Immo Nicolaus Lucubrat. Canon. lib. 5. tit. 33. sub numer. 7. limit. 3. pag. 223. refert Brevis Pontificii declaratorii haec verba, videlicet: *Ut si Capella hujusmodi porta viae publicae adiaceat; & in ea nulla alia porta, quae ad aliquam domum ducat, existat; & quantum existat, illa omnino claudatur; atque ita a privatis domibus separata sit, ut per eas ad eam accessus, aut prospectus nemini pateat.* Quae verba transcribit etiam Pignat. tom. 1. consult. 93. numer. 24. in fine. Et ideo Oratorium publicum non posse habere ostium, per quod ingrediatur in domos privatas dicit Quartus in Rubr. Missal. part. 3. tit. 10. §. 1. dub. 3. Vers. Dico secundò. Passerin. de Pollut. Eccl. d. disp. 2. cap. 6. numer. 3. Vers. Sic etiam. Et Barbof. de Jure Ecclesiastico Univ. d. lib. 1. cap. 11. numer. 28. ubi legitur rescriptum S. Congregationis ad Episcopum Combricensem. diei primae Julii 1616. in quo permittendum esse, aed, celebrationem Missae in Oratorio propè aditum, celebrationemque Catholicis Regis Senatoris extracto, dummodo idem Oratorium, seu Capella, publico in loco sita sit; atque ita a privatis domibus separata, ut per eas ad Capellam hujusmodi ire minime possit; ad eamque liber accessus à via publica pateat.

Nihtlominus, quamvis in Oratorio publico sit alia Janua, ingressum praebens in domum privatam, posse permitti ab Episcopo celebrationem Missae, si ostium principale sit in via publica, docent, Averfa quest. 11. de Euchar. §. 14. Hurtad. part. 2. resol. Moral. tract. 12. cap. 1. numer. 2193. Bardi in Quest. Select. lib. 4. q. 10. §. 10. Quintanadaven. tom. 1. singul. tract. 7. singular. §. 3. numer. 9. Riccius de cif. 78. numer. 5. part. 4. Alphonsi de Leone de Offic. Capellan. quest. 3. §. 1. in fin. Pasqualig. decif. 173. Thomas Tambur. de Sacrificio Missae lib. 1. cap. 4. numer. 5. Jordan. Episcopus Tragurien. tom. 1. lib. 4. tit. 1. n. 161. & novissime Pignatellus d. tom. 1. consult. 93. numer. 27. & 28. ubi redditionem, quia ingressus privatus, remanente publico, non tollit formam Oratorii publici; nam id publicum dicitur, quod est omnium usui destinatum. §. fin. Ingh. de rer. divis. l. Riparum, ff. cod. l. Pretor. ait. §. fin. Ne quid in loco publ. Bart. in l. 1. ff. de Publ. ind. Alciar. in l. litus, ff. de Verb. signif. Et licet Patroni ejusdem Oratorii ingrediuntur in ipsum per viam privatam, tamen eo utuntur tamquam publico, cum sit usui publico destinatum; subsistit enim forma publicitatis ob Januam in via publica, & denominatio fit à forma l. Cum ex aliqua, ff. de acq. rer. dom. leg. Queritur, ff. de Statu bon. lib. 1. ff. de Verb. signif. Neque via publica, aut flumen perdunt suam publicitatem, quamvis in illa pateat ingressus à domibus privatis.

Ad auctoritates autem, & Decreta contraria respondet ipse Pignatellus, esse intelligenda; quando ipsa Oratoria ita conjungerentur domibus privatis, ut Janua progrediens ex iisdem noceret reverentiae, quae debetur loco sacro, secus si ipsa Janua daret ingressum in cortile, atrium, aut viridarium, ut passim servatur in omnibus publicis Oratoriis edificatis per nobiles Venetos in hac Dioecesi Patavina, quorum cum ingens sit numerus, & omnia praeter principalem Januam in via publica, habeant ostium laterale, praebens ingressum in cortilia, seu viridaria Patronorum, constituent universalem consuetudinem, quae cum sit interpretativa Decretorum Sacrae Congregationis, & litterarum Papalium est admittenda, & attendenda. Rota part. 9. nec. decif. 400. & part. 10. decif. 59. n. 13. Emin. Card. de Luca de Jurisf. disc. 42. numer. 5. & de beneficiis discurs. 27. numer. 17. Ac etiam de Parochiis discurs. 14. numer. 5. videtur enim prohibenda celebratio in praedictis Oratoriis tantummodo, quando Janus esset immediate conjuncta loco indecenti domus privatae, & offenderet decorem Oratorii, seu Ecclesiae, ut ego reperi in hac Dioecesi Patavina, in visitatione Ecclesiae Parochialis Villae Sclavoniae, in cuius Sacrificia erat ostium introducens statim in coquina Parochi; quod, cum fingeret Visitatoris munere pro Eminentissimo Domino meo Cardinali Barbado Episcopo Patavino, mandavi illud claudi muro. Caeterum ubi salva est reverentia loci sacri, nihil refert, si sit etiam Janua lateralis, praeter ostium in via publica; prout experientia docet in pluribus Ecclesiis etiam Parochialibus, non solum hujus Dioecesis, sed etiam Urbis Patavinae, videlicet S. Thomae, S. Firmi, S. Cantiani, S. Lucae, S. Juliang, S. Danielis, & consimilibus, è quibus datur aditus ad domum Parochialem, vel immediate, vel mediante Sacrificia. Ex ab hac opinione non dissentit Passerinus ex adverso allegatus, d. disp. 2. cap. 6. numer. 3. in cuius fine admittit, quod Episcopus possit dare licentiam celebrandi in publico Oratorio, quamvis praeter Januam publicam habeat etiam aliud ostium ad privatum ingressum; & citat DD. quibus adimplentur alii apud Dianam part. 9. tract. resol. 21. quae in Coordinato est tom. 4. tract. 2. resol. 23. & ibi Nald. Homobon. & Lezana.

Porrò non est silentio involvendum, quòd in hujusmodi publicis Oratoriis approbandis potest Episcopus leges præscribere circa modum, personas, & tempus celebrandi Missam in ipsis, & præcipue quòd festivi diebus non celebretur ante Missam Parochialem, ut habetur in Synodo Barberina de anno 1683. part. 1. cap. 10. num. 12. & advertit Biffus d. tom. 2. Verb. Oratoria num. 109. §. 2.

Tandem circa celebrationem Missæ in loco publico non est omittendum concedere concorditer Doctoribus, quòd Episcopus possit licentiam dare celebrandi extra Ecclesiam pro aliqua vice ob justam, & gravem causam, puta tempore Pestis, (quamvis hoc tempore tutius sit petere licentiam ab Apostolica Sede, ut dicam infra in Casu prudentiali mensis Decembris) vel occasione magni concursus populi, quem Ecclesia non caperet. Zerola in praxi part. 1. Verb. Missa pag. 226. Valer. de differ. Utriusque for. d. Verb. diff. 2. Navar. conf. 2. de Privileg. num. 2. Loterius lib. 1. quest. 30. num. 15. in fin. Barbof. de officio Episcopi. Episcopi. part. 2. alleg. 23. a num. 8. & 9. & in collectan. DD. super cap. ult. de Privileg. in 6. num. 6. Jordan. d. tom. 1. lib. 4. tit. 1. num. 121. & 122. Thom. Tambur. de Sacrif. Missæ lib. 1. cap. 4. num. 7. Cujus facultatis exemplum habemus in lectionibus secundis Nocturni S. Fidentii Episcopi Patavini, cujus festum in hac Dicecesi celebratur die 26. Novembris; ibi enim narratur, quòd cum ejus sacrum Corpus jaceret incognitum in Villa Pulveraria, Quaslinus Episcopus Patavinus Anno 890. accepto nuntio de voce miraculosa Pulverariae sæpius audita, quæ mandabat sibi referri ut illuc se conferret; cum clero, & populo, rursus Pulveraria perrexit, erectoque in loco sibi viso (per soporem) altari, offerens immaculatam hostiam, sensit sub se terram tremore, quo indicio magis confirmatus Sacrum peragat, & ibidem effudit, suisque voti compos invenit loculum, & in ejus oportorio has notas: Corpus B. Fidentii Episcopi.

Corollarii loco notandum, Capellas existentes in Palatiis Civitatum, in quibus Magistratus Publici conveniunt pro administranda justitia, esse Oratoria privata, ut declaravit Sacra Congreg. Concilii Anno 1648. apud Dianam Coordinat. tom. 4. traç. 2. resol. 27. desumpta ex part. 9. traç. 1. ref. 33. At in Capellis, & Oratoriis Palatiorum, in quibus resident Publici Rectores Urbium, & Artium nostræ Serenissimæ Reipublicæ Venetæ celebratur Missa, absque ulla limitatione ex Indulto Apostolico, teste Jordano d. tom. 1. lib. 4. tit. 1. num. 158. ac etiam in Capellis pro Publicis carceribus. Diana ubi supra, & Quartus d. part. 3. tit. 10. sect. 3. dub. 3. in fine.

Secundum Præmissum: Oratoria privata dicuntur, quæ non in Via publica, sed in Palatiis, & domibus constructa manent. Et hæc sunt in quadruplici differentia; alia enim sunt in Palatiis Cardinalium, alia in Aedibus Episcoporum, alia in Conventibus, seu Grangiis Regularium, & alia in Domibus Nobilium privatorum.

Quod attinet ad Oratoria erecta ad celebrationem Missæ in Palatiis Cardinalium S. R. E. in his celebrare possunt ipsi Cardinales, & in eorum præsentia sui Capellani, ac etiam iidem Cardinalibus absentibus; & non solum Capellani de familia, sed etiam exteri Sacerdotes; adeo non unica tantum Missa in die, sed plures à pluribus Sacerdotibus possunt celebrari; & qui illis interfuerint, etiam si sint exteri, diebus festis, satisfaciunt præcepto; ut recitatè probat Eminentiss. Cardin. Brancatius in sua dissertatione de hac re composita, De Privileg. Capell. Cardinalium. quam posuit etiam Diana part. 6. traç. 8. resol. 40. & quæ in opere Coordinato habetur tom. 9. traç. 7. resol. 49. quam lectores adire non pigebit, tamquam ornatam juribus, rationibus, & auctoritatibus Doctorum, concludentium Oratoria Car-

dinalium potiri mixto Privilegio, personali scilicet, & locali, ideoque ibidem tum Cardinales, tum Capellani posse litare per duas horas ante ortum solis, & per duas horas post meridiem; quia Cardinales gaudent omnibus privilegiis, quibus potiuntur Episcopi, immò & amplioribus. Gloss. in cap. fin. de Privil. in 6. Verb. Indulgentum. Mansfred. in traç. de Cardinal. decif. 214. Villadieg. de Origin. Card. q. 13. n. 63. Barbata de Præstant. Card. qu. 3. part. 1. n. 6. Jacobat. de Concil. lib. 1. fol. 36. col. 2. Layman lib. 1. traç. 5. part. 3. c. 2. num. 1. Diana part. 5. per totum tractatum de Potestate, & Privil. Card. positum in Opere Coordinato d. tom. 9. traç. 7.

Quo verò ad Oratoria in Aedibus Episcoporum constructa, sciendum est, Episcopos habere septem Privilegia, sibi à jure concessa, ut notat Gloss. in cap. fin. de Privileg. in 6. 1. Quòd Episcopi etiam in loco interdico possunt celebrare, vel coram se facere celebrare Missam, januis clausis, & exclusis communicatis, & populis interdiciis, cap. Quod nullis 25. de Privileg. 2. Quòd Episcopi possunt sibi eligere quemcumque Presbyterum in confessorium; cap. Ult. de Penit. & Remiss. 3. Quòd Episcopi non possunt immediate communicari à Judicibus delegatis, sed prius cum reverentia monendi, ad ingressu Ecclesiæ prohibendi, & ab officio suspendendi, cap. 2. de offic. Episcopi. in d. deleg. 4. Quòd Episcopi nullam censuram infligant à jure incurritur, nisi sint expressè nominati, cap. Quia periculosum 4. de Sentent. excomm. in 6. 5. Quòd Episcopi non tangunt Evangelia, quando jurant, cap. Ult. de juram. calumn. 6. Quòd Episcopi in recitatione Divini officii possunt jurari ab aliquo ex suis familiaribus, qui teneat se conformare cum officio sui Episcopi, absque alia obligatione recitandi juxta proprium ritum. Clem. Dignum de celebr. Missar. Et 7. quòd Episcopi possunt habere Oratorium privatum in propriis aedibus, & in eo Missam celebrare, vel coram se celebrare facere; etiam in itinere super altare portatili. cap. ult. de Privileg. in 6. Quòd quidem privilegium non esse revocatum à Conc. Trid. sess. 22. in Decret. de celebr. Missar. testantur Azor. tom. 1. lib. 10. cap. 26. quest. 4. Beja p. 4. casu 33. Barbola de offic. Episcopi. alleg. 23. num. 5. Gayant. in Man. Verb. Episcopus num. 8. Ugolin. de offic. Episcopi. cap. 2. §. 2. num. 4. ubi sic declaratam ait à Sacra Congreg. Novar. in Summ. Bullar. p. 1. Commentar. 7. num. 4. Nicol. Lucubr. Cant. lib. 5. tit. 33. num. 7. limit. 5. & Jordan. d. tom. 1. lib. 4. tit. 1. num. 132. qui subdit, quòd Episcopus celebrans etiam extra propriam Dicecesim in Oratorio privato, vel altare portatili, potest dare Episcopalem benedictionem cum verò: Sit nomen Domini benedictum, & non tenetur petere licentiam celebrandi ab Ordinario loci, nisi ex quadam convenientia, ut sibi rescriptum fuit à S. Congregatione anno 1633. dum Venetiis moraretur pro defensione jurium Ecclesiæ suæ Tragarientis; excepta tamen Urbe Roma, in qua propter reverentiam Papæ non permittitur usus altarium portatilium in privatis domibus absque assensu Sanctitatis Sæ. Antonellus de loco legali lib. 1. cap. 5. num. 5. & 6. Et demum aliam prærogativam habet Oratorium privatum in aedibus Episcopi, ut quicumque in eo audierit Missam diebus festis, satisfaciat præcepto, Diana p. 9. traç. 1. ref. 3. n. 4. referentia in opere Coordinato tom. 4. traç. 2. ref. 42. prout decisum fuisse à S. Congregatione Concilii die 22. Septembris 1640. testatur Emin. Card. Brancatius in citata sua eruditissima Dissertatione num. 47. apud Dianam d. p. 6. traç. 8. resol. 40. Coordinatum autem tom. 9. traç. 7. resol. 49. Et in prædicto Oratorio si sit ædicatum, ut semper permaneat, poterit celebrari Missa, etiam absente Episcopo, & non solum ab uno, sed à pluribus Sacerdotibus quacumque die. Pellizzar. in Man. Reg.

Reg. tom. 2. traç. 8. cap. 2. num. 173. Franc. de Lugo de Sacram. lib. 5. cap. 6. quest. 3. num. 25. Novar. in Summ. Bull. part. 1. Conn. 80. n. 4. Thom. Tambur. de Sacrif. Missæ lib. 1. cap. 4. num. 13. Pasqualig. decif. 55. n. 3. Quartus in Rubr. Missal. part. 3. tit. 10. §. 2. d. n. 4. & novissimè Biffus in Hierurg. tom. 2. d. Verb. Oratorium §. 18. & ratio est, quia hujusmodi privilegium Episcopale non est personale tantum; sed mixtum, idest personale, & locale, quo conveniens est, ut non solum tota familia Episcopi, & ejus hospites utantur, sed etiam exteri, ut praxis ubique demonstrat, quodquid docuerit Diana Coordinatus tom. 4. traç. 2. resol. 6. n. 2. desumpta ex part. 4. traç. 4. ref. 15. Quæ tamen Diana admittit supra dictam opinionem Pellicani, si talis consuetudo in d. tom. 4. traç. 2. ref. 8. num. 4. coordinato, quæ extat in antiquo part. 3. traç. 1. ref. 41.

Quo verò ad Oratoria privata respectu Regularium, pro vero est supponendum, antiquitus concessum fuisse Regularibus, ut ubicumque fuerint, sine Parochiali jure præjudicio, cum Altari valeant vincto celebrare, tum ex cap. in bis 30. de Privileg. tum explaribus Indultis Apostolicis pro diversitate temporum Religiosis institutis per Summos Pontifices concessis; de quibus, ad satisfactionem, & ultra, testantur passim scriptores Regulares; quorum plurimos referat Pasqualig. decif. 174. 175. 176. & 177. & Diana Coordinatus d. tom. 4. traç. 2. resol. 11. 12. resol. 12. resol. 13. & resol. 14. quorum Privilegiorum vigore, assensu Regularis, sibi licitum fore, tenere Oratoria privata pro celebratione Missæ non solum in suis Monasteriis pro infirmis, sed etiam in Grangiis, & domibus secularibus ad proprium commodum, atque Sacerdotum fructuum sibi consentium, & tandem in quocumque decerit, atque honesto loco, ac præcipue iter agendo, posse, Oratorium construere, & ibi super Altare portatili celebrare; & etiam infirmorum, in aliqua domo seculari, Cespel. de exempt. Regul. cap. 5. dub. 91. dub. 92. & dub. 94. Biffus d. tom. 2. Verb. Oratoria §. 19. & Verb. Regulares num. 25.

Cæterùm non levis est discordia inter eòdem Regulares, dum querunt, an supra dicta omnia Privilegia, quibus olim gaudebant circa Oratoria privata, sint revocata per Concilium Tridentinum, d. sess. 22. in Decret. de Observ. in celebr. Missar. Quamvis enim Diana cum multis auctoriis negativam sententiam sustinet in Opere Coordinato d. tom. 4. traç. 2. resol. 15. quæ in veteri est part. 4. traç. 4. ref. 106. & part. 9. traç. 1. ref. 34. quæ coordinato d. tom. 4. traç. 3. resol. 16. plurimi tamen affirmant, prædicta Privilegia esse revocata, quia Concilium Tridentinum expressè loquitur de secularibus, & Regularibus. Novar. in Man. cap. 5. n. 83. Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 81. §. 2. in fine. Henric. lib. 9. cap. 27. n. 2. in gloss. lit. J. Miranda in Manual. Prælat. tom. 1. quest. 40. art. 9. conclus. 4. Barbof. de Episcopi. alleg. 23. num. 4. Loter. lib. 1. quest. 30. n. 15. Jordan. d. tom. 1. lib. 4. tit. 1. n. 140. & Antonelli. de loco legali lib. 1. cap. 5. num. 7. Nobis tamen placet, ob singularitatem, quam in Regularibus præstent observantiam, eòdem ad concordiam reducere, dicendo, Concilium Tridentinum, funditus non abrogasse Privilegia prædicta, sed Episcopis dedisse facultatem, quatenus sibi bene videatur, prohibere istèdem Regularibus, nisi in Oratoriis privatis celebrant; at enim Concil. d. sess. 22. in cit. Decret. Nereè patientius privatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, ab istèdem Ordinario designanda, & visitanda, sanctum hoc sacrificium à secularibus, aut Regularibus quibuscumque peragi. Igitur possunt ut antiquis privilegiis circa Oratoria privata, nisi ab Episcopis prohibeantur, quibus propterea competit facultas prohibendi. Quartus in Rubr. Miss. d. p. 3. tit. 10. §. 2. d. n. 8. Verò, Secunda Sententia, Diana, hanc distinctionem assequens par. 6. traç. 8. resol. 39. quæ coordinata est d. tom. 4. traç. 2. ref. 13. §. 1. & Emin. Tambur. Card. de Lugo de Sacram. Euch. disp. 20. n. 51. In hac autem Dicecesi Patavina hujusmodi prohibitio legitur in Synodaliibus Constitutionibus part. 1. cap. 10. §. Nullus. Et bene faceret Episcopi, si visitarent in Conventibus Oratoria privata, in quibus Regulares celebrant Missam.

Hinc est quòd Sacra Congreg. Concilii die 14. Novembris 1644. respondit Archiepiscopo Calaritano, posse procedere contra Sacerdotes, tam Sæculares, quam Regulares volentes celebrare in Capellis Palatii Civitatis, post edictum prohibitorium ipsius Archiepiscopi. Diana part. 9. traç. 1. resol. 33. posita in Opere Coordinato tom. 4. traç. 2. ref. 17. Et in Civitate Genuesi, cum nonnulli Regulares præfarent in Oratorio privato Nobilium personarum non solum semel in die, sed plures Missas celebrare (quòd etiam vidi eos prædicare in hac Patavina Dicecesi in Villa Sermedulæ in Oratorio privato DD. Comitum de Bormionis) & id faceret etiam diebus solemnioribus in Brevis Apostolice excoeris, prætextu suorum Privilegiorum; Archiepiscopus illius Urbis prohibitionem fecit sub pena interdicii in Oratorium, & suspensionis in Regularibus celebrantes, & re delata ad Sacram Rituum Congregationem die 15. Februarii 1667. responsum fuit ad favorem Archiepiscopi, ut referit Biffus in Hierurg. tom. 1. in Verb. Altare n. 245. §. 3. ex quibus comprobatum remonet; Regulares subiectos esse auctoritati Episcopali circa celebrationem Missæ in Oratoriis privatis; & eorum Privilegia nil valere, Episcopo prohibente, quòd, quòz, novent Episcopi; dedecet enim eos ignorare proprias facultates.

Tandem quoad Oratoria privata, constructa in domibus Procuerum, & nobilium personarum, sciendum est de jure fuisse prohibitum, Sacrum facere in domibus privatis, cap. Tabernaculum, & cap. Unicusque de consecr. dist. 1. Nisi ex iusta causa Episcopus licentiam dediderit, cap. Missar. eodem dist. 1. cap. Quidam 18. q. 2. Porrò tum ex Episcoporum nimia Indulgentia, tum ex Privilegiis Apostolicis superabundanter Regularibus concessis, ita excreverat abusus privatorum Oratoriorum, in quibus cum irreverentia sacrificium Missæ celebrabatur, ut Sacrum Tridentinum Concilium sess. 22. in Decreto supradictato de observant. & vitanda, in celebr. Missæ statuerit, non esse amplius extra publicam Ecclesiam celebrandum, & commiserit Episcopis, ne peterent in privatis domibus Sacrum fieri. Verùm quia Concilium modestis verbis usum fuit in hac prohibitione; plurimi Episcopi prædictum Decretum Conciliale non exquebantur, immò contra ipsum operabantur, unde Sacra Congregatio Concilii iussu Pauli Papæ Quinti die 10. Martii 1615. scripsit litteras Encyclicas, relatas à Nicol. Lucubr. Canonice. d. lib. 5. titul. 33. num. 7. à Novario in Summ. Bullar. d. part. 1. Commentar. 8. num. 2. & à Fagnano (tunc Secretario, & scriptore eorundem in cap. Auctoritate num. 18. de Censibus tom. 5. pag. 286.) per quas declaratum fuit, nulli Episcopo licere, facultatem facere, quocumque persone, in Oratorio privato audiendi, celebrandive Missam absque obtentu Apostolice Privilegii. Igitur ab eo tempore citra omnes Episcopi abstinerunt à prædicta concessione; & personæ nobiles ceperunt recurrere ad Apostolicam Sedem pro Indulto Apostolico privati Oratorii in suis domibus; cuius quidem Indulti non frequens est usus; ideoque ipsius clausula hic breviter, & summarie sunt ponenda, exponenda, atque explicanda. Itaque Breve Apostolicum Oratorii privati incipit.

1. Innocentius Papa Duodecimus. Sic enim nominatur Summus Pontifex hodie regnans, creatus die 12. Julii ann. 1691. qui antea vocabatur Antonius Cardin. Pigna.

26 *Pignatellus Neapolitanus*, quem Deus successibus felicissimus fupitet, continuaque protectione custodia. Cœpit autem hæc nominis mutatio in *Sergio* huius nominis *Papa Secundo* circa annum 844. qui cum ante assumptionem ad Pontificatum vocaretur *Osparch*, ob dicti nominis indecentiam, illud mutavit, & se *Sergium* appellavit. Platina in *ejus Vita in princ.* Jacob Philipp. de Bergom. in *Chronic. lib. 11. ann. 846.* Memorialis de *Arbitr. Judic. casu 318. n. 4.* ubi fieri notat hujus nominis mutationem, quam deinde post *Sergium* amplexi sunt omnes Romani Pontifices, ad denotandam Majestatem, & excellentiam Pontificatus; est enim justum, ut qui omnibus præesse debet, non amplius nomine antiquo appelletur, sed novum nomen habeat, sicut de novo effectus est omnium Dominus, & Dei Vicarius. Concordant *Gonzalez ad Regul. 8. Cancell. Gloss. 1. num. 44.* & *Bonacina de Censuris in Bulla Canonum 3. dist. 1. quest. 1. punct. 2. n. 7. 8. 9.* Cæterum *P. Antonius Foresti in suo Mappamundo tom. 3. in princ. cap. 3. num. 11.* advertit ex *Anastasio Bibliothecario* supradictam Platina narrationem esse fictitiam, & mutationem nominis in *Papa* fuisse introductam, vel ab *Adriano III.* vel à *Joanne XII.*

II. *Dilecto Filio* (exempli gratia) *Bonifacio Comiti de Borromæis.* Errorem nominis, seu cognominis, non vitare gratiam, quando constat de persona, cui concessa est, assentent omnes Doctores. Sanchez de *Matrim. lib. 8. dist. 21. n. 37.* *Rota decif. 87. n. 3. decif. 319. n. 1.* & *decif. 366. n. 3. part. 2. recent. Laym. lib. 1. tract. 4. cap. 22. n. 27.* *Diana part. 8. tract. 3. resol. 62. 63. 64.* que in *Coordinato* sunt tom. 3. *tract. 2. resol. 107. 108.* Nam *Papa* intendit gratiam facere petenti, sive sit *Petrus*, sive sit *Paulus*, sive *Franciscus*; *Justus de Dispenfat. Matrim. lib. 1. cap. 4. n. 34. 55.* & *56.* ubi excipit, si petatur dispensatio in forma pauperum; non datur locus fraudibus in emolumentis officium Romane Curie. At hæc doctrina cum grano salis est intelligenda, ut scilicet Breve Apostolicum non sit invalidum; sed ad ejus executionem deveniri non possit, nisi prius remittatur Romam, & ibi error corrigatur. *Thom. de Rosa de Executor. lit. Apostolicæ part. 1. cap. 5. n. 269.* & *270.* *Loter. lib. 3. quest. 34. per totum.* & *Amygdin. de Stylo Datarie lib. 1. c. 10. num. 4.* Nisi error nominis, aut cognominis verferatur in aliqua syllaba, vel littera, ut si impetrantis nomen esset *Antoninus*, seu *Bernardinus*, & in Breve diceretur *Antonius*, vel *Bernardus*; aut vice versa; vel si Orator nominaretur duplici nomine, veluti *Joannes Maria*, *Antonius Maria*, *Joannes Petrus*, & unum tantum nomen esset scriptum; tunc enim Breve exequendum foret. *Loter. & de Rosa ubi supra. Corrad. de dispensationibus lib. 7. cap. 5. num. 8.*

III. *Civitatis*, vel *Diecefis Paduane.* Pariter si circa hæc clausulam irrepsisset error, & expressa fuisset alia *Civitas*, vel *Diecefis*, validum esse Breve Oratorii privati asserit *Quartus in Rubr. Missal. d. part. 3. tit. 10. sect. 1. dub. 1. diffcult. 1.* cum *Diana part. 1. tract. 10. resol. 36.* jacente in *Coordin. dist. tom. 3. tract. 2. resol. 109.* dummodo tamen sit certitudo circa personam impetrantis. Quandoquidem, si dubium esset, eorundem personarum fuisset gratia concessa, in hoc casu opus esset correctione ante executionem; resultantem incertitudine circa personam impetrantis; cum enim sint (exempli gratia) *Comites de Borromæis Florentini*, *Mediolanenses*, & *Patavini*; error *Civitatis*, & *Diecefis* incertum facit, cui ex his Comitibus *Papa* voluerit gratiam facere, *Monet. de Commut. ultimæ volunt. cap. 12. conclus. 9. num. 206.* *Justus d. lib. 1. cap. 4. à num. 59. 60. 61. 62.* Non inficiamur, quod si post obtentum Breve, Comes de *Borromæis Patavinus* transferret *Florentiam*, seu *Mediolanum* habitationem suam, potiri posset eodem Breve. *Tamburin. de Sacrif. Missæ lib. primo cap. 4. §. 4. num. 2.* *Bisius in Hierurg. d. Verb. Oratoria num. 109. §. 5.* ea ratione, quia Privilegium est personale; & sequitur perso-

nam, quocumque ierit. In *Brevibus Apostolicis*, quæ impetrantur per *Nobiles Venetos* pro habendo *Oratorio privato*, ponitur hæc Verba: *ut in Civitate, & Diacefi Venetiarum* illud habeat possint. *Dobitum* fuit, an virtute eorundem *Brevium* sit eis permitendum *Oratorio privatim* in *Diecefi* hæc *Patavina*; Et his respondi affirmativè ad favorem *DD. de Gritis*, & *DD. de Sagredis*; tum ex supradicta doctrina, quod gratia est personalis; & sequitur personam, quocumque ierit, etiam extra *Diecefem*; tum quia totum *Dominium Venetum* dicitur *Diecefis Nobilium Venetorum*; qui iacere ad quocumque *Episcopo* hujus *Serenissimi Domini* possint absolvi, dispensari, ac etiam ad ordines promoveri. *Jordan. tom. 1. lib. 3. tit. 2. num. 89.* & *tit. 6. num. 66.* ex rationibus; & *Doctores ibi per eum allegatis.*

IV. *Qui ut essent, de Nobili genere procreatus* existit. Deficiente nobilitate corruit *Indultum*; quia hæc est conditio essentialis, propter quam *Papa* concedit *Oratorio privatim*. *Felin. in cap. Ad aures, de Rescript. Rota Coram Ludovico decif. 214. n. 2.* & coram *Merlino decif. 229. num. 1.* *Tamburin. d. lib. 1. cap. 4. §. 4. n. 3. 4. 5.* *Quartus d. p. 3. tit. 10. sect. 3. dub. 2.* qui duo *Auctores* dicunt, non sufficere nobilitatem ex privilegio, neque ex parte *Matris* tantum. Sed contrarium esse verius, & utrumque sufficere. Sed contrarium materia *Oratorii privati* docet *Pignatell. d. tom. 6. consult. 98. num. 44. 45.* Nam dicta clausula non ponitur à *Papa* taxativè, sed demonstrativè, & de *Nobilibus* ex Privilegio admittuntur ad ea, pro quibus requiritur nobilitas sanguinis, ut in praxi observatur in *Repubblica Veneta* circa *Nobiles* noviter factos ex Privilegio *Serenissimi Magni Consilii*. *Garzia de nobilitate gloss. 1. §. 2. n. 50.* & *gloss. 35. num. 48.* *Tiraquell. cod. tract. cap. 6.* Et qui natus est de *Matre nobilitati* dicitur procreatus de parentela, & de genere nobili, quia nobilitas ab ascendente provenit in descendentes, *1. §. ff. de Senator. Rota coram Durano decif. 8. num. 7.* & *part. 3. recent. decif. 220. num. 1.* Et in materia favorabilis sufficit nobilitas ex *Matre*. *Bald. conf. 183. in fin. lib. 1. Rota decif. 575. num. 5. part. 4. recent.* Et solum attenditur nobilitas ex *Patre*, quando requiritur nobilitas absoluta, & in stricta significatione; *Rota coram Durano decif. 294. num. 8.* Non est autem necessaria probatio nobilitatis, si nota sit *Ordinario*, ad quem spectat executio *Brevi*, quia non committitur ei, ut se judicialiter informet; & sic sufficit, si notum sit fundamentum gratiæ: quod si nobilis advenisset noviter in *Diecefem* *Episcopi*, tunc esset justificanda nobilitas extrajudicialibus probationibus. *Pignatell. d. tom. 6. conf. 98. num. 49.*

V. *Ut in privato domo sua solite habitationis Oratorio.* Ex hac clausula, si Nobilis mutet habitationem posse novum *Oratorio* in nova habitatione construite, & in eo celebrare facere, tam in eadem *Civitate*, & *Diecefi*, quam alibi docent *DD.* eod quia, ut supra notavimus, Privilegium est personale, & sequitur personam. *Tamburin. d. lib. 1. cap. 4. §. 4. num. 6.* prævia tamen approbatione nova *Episcopi*. *Quartus d. part. 3. tit. 10. sect. 3. dub. 3.* *Pignatell. d. tom. 6. consult. 98. num. 58. 59.* & *60.* ubi concedit, quod si Nobilis solitus sit habitare diversas domos, exempli gratia unam in *Urbe*, tempore hyemalis, aliam rursum tempore æstivo, poterit in utraque domo habere privatam *Oratorio*; quando Verba *Brevi* *Apostolice* non sunt restrictivè, & taxativè; sed posita sine demonstrativè; & in dubio stare demonstrativè docet *Rota part. 1. divers. decif. 442. num. 3.* & coram *Merlino decif. 328. num. 12.* *Card. Parisius lib. 4. conf. 4. num. 36.*

VI. *Ad hoc decetere novo extructo, & ornato, ab omnibus domesticis usibus libero*; id est, in formam *Capellæ* cum *Altari*, & *Sacra* *Imagine*, at quatuor murum non sunt necessarii, sed tres sufficiunt, si prospectus

specus claudatur vel januis ligneis, aut tela. Super fornicem, aut tectum hujusce *Oratorii* potest tolerari cubiculum; sed per ipsum *Oratorio* non est tolerandum transitus, ad alia cubacula: neque in illo conservandæ res domesticæ; ut docent *Quartus d. part. 3. tit. 10. sect. 3. dub. 4. per totum.* *Tamburin. d. lib. 1. c. 4. §. 4. num. 8.* & *Pignatell. d. conf. 98. num. 36. tom. 6.* Qui omnes advertunt, posse ad libitum *Patroni* diu *Oratorio* iterum reduci ad domesticos usus, atque profanos, quia non est locus *Sacer*, & non gaudet immunitate, neque per carnalem copulam in eo committitur *Sacrilegium*, ut diximus supra.

VII. *Per Ordinarium loci prius visitando, & approbando*; id est per *Episcopum*, aut ejus *Vicarium*, vel alium *Visitatorem* ab eo delegatum, sive à *Vicario Capitulari* sede *Episcopali* vacante; ac etiam à *Praelato inferiori* habente quasi *Episcopalem Jurisdictionem*, toties, quoties mutaretur, seu erigeretur novum *Oratorio*, ac etiam quocumque sic placeret ipsi *Ordinario*, ad videndum, an maneat cum debita decencia; semper tamen gratis, & absque procreatione. *Tamburin. alios allegans d. §. 4. num. 11. 12.* & *13.* *Quartus d. sect. 3. dub. 5.* & *Pignatell. d. tom. 6. consult. 98. num. 38.* ubi advertit, *Ordinarium* peccare mortaliter approbando *Oratorio*, quod caret qualitatibus expressis in *Indulto Pontificio*, & licentiam, quam daret, esse nullam.

VIII. *Ac de ipsius Ordinaris licentia, ejus arbitrio datatura.* Si *Oratorio* sit decenter ornatum, *Episcopus* non potest licentiam celebrandi negare, & si illam conceperit, non valet absque justa causa eam revocare, aliis in utroque casu datur appellatio; quia *Papa* non remittit executionem *Brevi* liberæ voluntati *Ordinari*, sed ejus arbitrio, quod significat arbitrium boni Viri, & necessitate exequendi, & non impediendi, nisi ex causa rationabili. *Pignatell. d. conf. 98. num. 41.* & *42.* *Tamburin. dist. lib. 1. de Sacrif. Miss. cap. 4. §. 4. à num. 14. usque 18.* *Quartus dist. sect. 3. dub. 5. diffcult. 2.* ubi omnes advertunt per mortem *Episcopi* minime expirare dictam licentiam, neque per mortem *Pape* cessare gratiam *Indulti* concessi, etiam si moreretur ante constructionem *Oratorii*. *Pignatell. ibid. num. 53.* & *54.* Sufficit autem, quocumque modo constat de licentia *Ordinari* si per litteras, sive per Decretum, sive per mandatum; cujus formulam extendit *Thomas de Rosa d. tract. de Executor. litterar. Apostol. in fine Operis pag. 491.*

IX. *Unam Missam pro unoquoque die.* Et ideo peccarent mortaliter tum *Sacerdotes* celebrantes, tum *Patroni* *Oratorii* permittentes celebrari ultra unam *Missam* in die, quia esset *Sacrum* facere in loco inepto, deficiente voluntate *Pape*, qui non concedit, nisi unam *Missam* in die. An autem *Regulares* virtutis suorum *Privilegorum* possint eadem die plures *Missas* in *Oratorio* privato alicujus viri nobilis celebrare? diximus supra. *Negat enim Pignatell. d. tom. 6. conf. 98. num. 68.* tam *circi* *Regulares*, quam *circi* *habentes Bullam Cruciatæ*, quamvis contrarium doceant, *Moraliste*; quos allegat, & sequitur *Tamburin. de Sacrif. Missæ d. lib. 1. cap. 4. §. 3. n. 3.* & *segg.* quibus non videtur contradicendum, cessante contradictione, seu prohibitione *Episcopi*; & concurrente communi observantia, atque consuetudine interpretativa *Indultorum Apostolicorum* circa celebrationem plurium *Missarum* in *Oratorio* privato, eadem die, quam absque scrupulo prædicant *Regulares*, ut ego pluries vidi in hæc *Diecefi* c. *Quod dilecto. De consang. & affinit. Rota part. 1. divers. decif. 574. n. 2. decif. 944. n. 6.* coram *Burrato*, & coram *Alex. Octavo decif. 165. num. 20.*

X. *Dummodo in eadem domo celebrandi licentia, quæ adhuc daret, alteri concessa non fuerit.* Si tamen domus esset ita ampla, ut in eadem habitarent duæ familiae nobiles, ut *Venetis* sæpe accidit, quælibet familia posset habere suum speciale *Indultum*, *De Sacramento Eucharistiæ.*

& proprium *Oratorio*. *Pignatell. d. tom. 7. consult. 98. n. 61.* & *62.* & *segg.* ubi *num. 65.* bene advertit, quod locator medietatis domus non possit uti *Oratorio* existente in parte domus locatæ; ea enim pars non possidetur a locatore, sed à familia conductrice, *Bartol. in l. 1. §. fin. n. 17. ff. Uti possidetis, & conf. 40. n. 6. lib. 4. Rota decif. 315. n. 2. p. 1. divers. §. p. 2. rec. decif. 208. n. 2.* Quod si impetraretur secundum *Brevem* pro *Oratorio* privato nondum expirato primo, non esset nullum, quando expectaretur expiratio primi pro usu hujus secundi: quod ex nunc, & non ex tunc censetur datum, *lib. 1. §. 1. ff. de leg. 3. Gloss. in cap. Non firmatur. De Reg. Jur. in 6. & Calder. conf. 2. num. 3. de Constitut. Pignatell. ubi supra n. 66.* Quæ est doctrina notabilis pro *Brevibus Indulgentiarum* impetratis antequam priora sint expirata.

XI. *Per quemcumque Sacerdotem ab eodem Ordinario approbatum seculari, seu de Superiorum suorum licentia Regulari.* Id est generica approbatione ad celebrandum in *Diecefi*; quia non requiritur licentia specialis pro celebratione *Missæ* habenda in *Oratorio* privato: *Tamburin. d. lib. 1. cap. 4. num. 23.* *Bisius d. Verb. Oratoria §. 12.* & *Pignatell. ead. consult. 98. num. 83.* & *84.*

XII. *Sine tamen quorumcumque jurium Parochialium præjudicio.* *Jura Parochialia* sunt, receptio *Decimarum*, & oblationum; administratio *Sacramentorum*; *Jus sepulturæ*, & similia, quæ in *Oratorii* privati fieri non possunt, absque *Episcopi*, vel *Parochi* expressa licentia. *Tamburin. d. cap. 4. §. 4. n. 24.* & *25.* *Pignatell. d. consult. 98. num. 85.* *Bisius d. Verb. Oratoria §. 13.* & in *Verb. Missæ n. 211. §. 15.* ubi ex *Tonell. in Sacrif. Eucharist. lib. 1. cap. 2. n. 14.* ait, non videri illicitum in *Oratorio* privato benedicere candelas, cineres, & palmas; quæ assertio posset fulciri illa *Magistrali* doctrina *Gavanti in Rubr. Missal. part. 4. tit. 19. n. 1.* & *20.* quam refert *Pignatell. tom. 5. consult. 76. num. 11.* quod scilicet benedictiones existentes in *Missal* possunt fieri à quocumque *Sacerdote* citra præjudicium *Jurium Parochialium*; quæ verò sunt in *Ritualibus* solo *Parocho* fieri faciendum. Cæterum, ut ait *Bisius d. §. 15.* bonum est abstinere à novitatibus in *Oratorii* prædicitis.

XIII. *Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Nativitatis D. N. Jesu Christi, nec non aliorum solemnioribus festis diebus exceptis.* Id est prædicitarum festivitatum *46 dies* prima tantummodo; non autem secunda, & tertia die festiva. Pro aliis solemnioribus festis diebus, intelliguntur festi dies *Epiphaniæ*, *Annuntiationis*, & *Assumptionis* *Virgine*, *55. Apostolorum Petri, & Pauli, ac Omnium Sanctorum*, ex Decreto *S. Rituum Congregationis*. *Pignatell. dist. tom. 6. conf. 98. num. 75.* qui rationem reddit, scilicet ob commemorationem magni beneficii, his diebus festis à Deo recepti, cuius causa convenit, ut fideles Ecclesiæ adeam ad gratias agendas. Quoad festum *Patronorum* servandum esse *Diecefis* consuetudinem, docent *Bardi*, & *Gavant.* apud *Tamburin. dist. lib. 1. cap. 4. §. 4. num. 27.* & *Pignatell. d. consult. 98. n. 76.* & *n. 77.* subdens non censei prohibitum celebrare in *Oratorio* privato feria quinta, & *Sabbato* majoris hebdomadæ; *Regulares* autem non posse his solemnioribus diebus celebrare in *Oratorio* privato, si *Episcopus* prohibeat, diximus supra ex Decreto *S. Rituum Congregationis* die 23. *Februarii* 1667.

XIV. *In tua, & familia tua præsentia celebrare.* Nominè familie veniunt omnia, quæ attinent ad ipsum *Patronum* *Oratorii*, vel ratione *Parentelæ*, id est *Agnati*, *Cognati*, & *Affines*; etiam spurii, si secum in eadem domo convivant, vel ratione *Servitiis*, ob quod stipendium habent, licet non sint ejus commensales, & non dormiant in eadem domo. *Cardin. Tuscus lit. F. concl. 72. n. 11. 27.* & *30.* *Pignatell. d. consult. 98. n. 91.* & *99.* & *103.* *Tamburin. d. c. 4. §. 4. n. 28. 29.* & *30.* *Bisius d. to. 2. Verb. Oratoria §. 15.*

& ideo ad hunc effectum dicitur de familia Hortulanus, Factor, Villicus, Capellanus, qui ut satisfaciatur Præcepto audiendi Missam, celebrando in privato Oratorio, debet esse stipendiatus à Patrono pro hoc munere obundo; alioquin, si vocetur ob manuum elemosynam ad litandum, tenetur audire Missam in Ecclesia diebus festis, quod à paucis credo servari. Pignatell. d. conf. 98. n. 97. & licet Biffus d. f. 15. doceat, quod convivens cum ipso Patrono ratione amicitiae, contubernii, si non sit confanguineus, vel stipendiatus, non satisfaciatur Præcepto, audiendo Missam in Oratorio privato diebus festis, ego contrarium sentio; quia & is verè est de familia, qui firmiter ibi habitat; puta si sit amicus ibi refugii causa degens, bannitus à sua patria, vel inimicitias habens, quarum causa deseruit propriam habitationem, ut frequenter accidit in hac Civitate Patavina. At Peditesque, & famuli ad comitandum Dominos, dum exeant domo stipendiati, sed non conviventes secum in eadem domo, non satisfaciatur Præcepto adstantes, dum Sacerdos litat in Oratorio privato. Trullench. lib. 1. in Bull. Cruc. f. 1. dub. 5. n. 2. Pignatell. d. confult. 98. n. 106. Porro Missam celebrari posse in Oratorio privato, etiam absente Patrono, si aliquis de familia sit prærens, omnes DD. concedunt, nam ea Verba, *In tua, & familia tua presentia*, non sunt conjunctivè, sed disjunctivè, & sonant in tua, vel in familia tua presentia. Biffus d. tom. 2. Hierurg. Verb. Oratoria, f. 15. in fine. Castrop. part. 4. tract. 25. disp. Unica punct. 6. n. 9. & Pignatell. d. tom. 6. confult. 98. n. 99.

XV. Necnon in Hospitum tuorum Nobilium presentia. Enduplex conditio Hospes ut sit, & Nobilis. Illi sunt Hospites, qui sunt recepti à Domino ad ejus mensam ex occasione temporanea, etiam si ut stent ad prandium ea die; vel ad videndam Processionem inde transitarum. Gobat. de Sacram. tract. 5. n. 371. Biffus d. Verb. Oratoria f. 17. Nobiles non requiruntur ex genere; sed lato modo ex quacunque causa, ut sunt Divites, Doctores, Medici, Advocati, & Cives; dummodo non exerceant ea, quæ sunt contraria nobilitati. Tiraquell. de Nobilit. cap. 4. & seqq. Garzias eod. tract. gloss. 48. f. 3. Pellizzar. in Manual. Regul. tom. 2. tract. 8. q. 13. & Pignatell. d. confult. 98. nu. 100. 101. ubi advertit, quod hoc Privilegium non extenditur ad famulos eorumdem hospitum, quia ipsi famuli non sunt nobiles; sed hæc ratio me non convincit, siquidem benignitas Pontificis extendit gratiam ad famulos Patroni domi, quamvis non sint nobiles, eò quia sunt necessarii ipsi Patrono; ergo dicendum venit, quod famuli hospitum nobilium, quia sunt necessarii & ipsi suis dominis, ad quem effectum illos secum conducunt, debeant & ipsi participare de eadem gratia Pontificia; & satisfacere præcepto Missæ, eam audientes in Oratorio privato illius domus, ubi hospitantur, ne sint peioris conditionis, quam famuli continui prædicatæ domus; ubi enim est eadem ratio, ibi debet esse eadem Juris dispositio, l. Illud, ff. ad l. Aquilian. Thomast. Reg. 319. & quamvis Privilegium sit strictè interpretandum. cap. Porro, cap. Ex parte, & c. Petitis, de Privil. tamen potest extendi, quantum extenditur mens concedentis. Gardin. Mant. de tacit. & ambig. tom. 1. tit. 5. n. 13. Et est credendum, mentem Pontificis esse, dum admittit famulos necessarios Patroni nobilibus ad hanc gratiam, admittendos fore etiam famulos necessarios hospitum nobilium: præcipue si sint Matronæ nobiles, quarum famulas non deceret, recedere ab ipsis, ut in aliqua distanti Ecclesia rursum Missam quaererent audiendam.

XVI. Volumus autem quod familiares servituti tuis non necessarij, ibid. Missæ interesse, ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus festis de præcepto minime liberi censentur. Quatuor sunt circa hanc clausulam notanda. Primum, quod illi censentur familiares necessarii, qui non solum sunt necessarii servitio personali Patroni, sed etiam sunt necessarii ser-

vitio communi domus; atque adeo nemo excluditur ex iis, qui sunt in aliquo actuali servitio, concernente domum Privilegiati; & cum necessitas, & utilitas in iure aequiparentur. cap. In causis, De Re judic. & cap. Post translationem, De Remuati. Abb. in cap. Ut super. De Rob. Eccl. non litum. Illi omnes dicuntur famuli necessarii, qui sunt utiles in aliquo servitio ipsi Domino, attento statu, & dignitate ejusdem Domini Privilegiati. Pignatell. d. tom. 6. confult. 98. num. 107. 108. Et ideo Cubicularii, & Cubicularie, Secretarii, Auriga, Coquus, Passafrenarii, quibus non convenit deserere proprium Dominum, eumve solum domi relinquere, reputandi sunt necessarii ejus servitio, & capaces Privilegii audiendi Missam in Oratorio privato illius domus. Secundum est, quod qui superflui sunt, vel servitio actuum tunc non necessarij, puta Hortulanus, Custos domus, vulgò Caffraldo, & si qui similes, tenentur ire ad Ecclesiam, non attenta opinione Homoboni, Pellizzarii, & Castropalati, quos citat, & refutat Tambur. d. lib. 1. cap. 4. f. 4. num. 34. & 35: non est enim eorumdem bona ratio, quod his temporibus cessante obligatione audiendi Missam in Parochiali Ecclesia, possit audiri in Oratorio privato, & sic satisfieri præcepto; nam ad præcepti satisfactionem requiritur, ut Missa audiatur in Ecclesia publica, ut publicus cultus Deo reddatur secundum ritum Sanctæ Matris Ecclesiæ, & Sacros Canones, tum antiquos in cap. Tabernaculum, de Consecr. dist. 1. tum Concilii Tridentini d. sess. 22. in Decreto de Vitan. & observ. in celebr. Miss. Et ideo eorumdem Homoboni, & Pellizzarii ratiocinationem Eminentiſſ. Gardin. Brancatius in dissert. de Privileg. Capell. Cardinal. pag. 30. vocat fallam, & divinatoriam; Tertium est, quod si quis non possit adire Ecclesiam diebus festis de Præcepto, ad Missam audiendam, ob legitimam causam, non tenentur eam audire in privato Oratorio; etiam si ibi eam possit audire; & non effect ex privilegiati; præceptum enim non obligat ad id, per quod adimpleri non potest. Pignatell. d. confult. 98. n. 108. Diana Coordinatus tom. 4. tract. 2. resol. 42. f. 5. Quæ desumpta est ex part. 9. tract. 1. resol. 3. Quartum est, quod Privilegiatus audire Missam in Oratorio privato, tenetur ibi eam audire, cessante legitimo impedimento accedendi ad Oratorium, puta gravis infirmitas, quamvis eo impedimento excusaretur accedere ad Ecclesiam publicam; præceptum enim audiendi Sacram diebus festis obligat omnes non impeditos; ad Privilegiatus, habens Oratorium privatum, non est impeditus respectu privilegii, quod datum est non ad tollendam obligationem audiendi Missam, sed ad facilitandam adimplementum obligationis; ut si Papa mihi concederet, ut jejunare possem comedendo carnes, essem obligatus semel in die carnes, cibumque sumere, & sic jejunare. Nugnus 3. part. q. 83. art. 6. dub. 3. Pignat. d. conf. 98. num. 110. alias rationes adducens contra Suarezium, & Dianam contrarium docentes in d. f. 5. ref. coord. 42. tom. 4. tract. 2.

Tandem quia plurimi Regulares allegati per Tamburinum de Sacrific. Missæ dist. lib. 1. cap. 4. f. 4. num. 37. pro certo supponunt, habentem Bullam Cruciatæ posse in die festo audire non solum unam, sed plures enim Missas; non tam in Oratorio privato propriæ domus, quam alienæ; advertit Pignatell. d. tom. 6. confult. 98. num. 109. suppositum non esse verum: siquidem ad summum Bulla Cruciatæ concedit, ut ea frui possit de licentia Ordinarii, & Commissarii obtinere Oratorium privatum in propria domo; & subdit rationem, quia cum serè omnes habeant Bullam Cruciatæ, etiam homines infirmæ conditionis, si possent in quibuscumque privatis Oratoriis unam, vel plures Missas diebus festis audire, destrueretur publicus cultus Divinus, qui litando in publicis Ecclesiis Deo redditur, & ideo Sac. Congr. Concilii

51

52

die

die 2. Novembris 1648. interrogata ab Archiepiscopo Calaritano: An Privilegium Bullæ Cruciatæ pro hujusmodi Oratoriis, & Altaribus, ac Missarum celebrationibus in dicta Diocesi possit suffragari? Item, an quatenus dicte Capelle sub Decreto 3. Concilii, nec non dicto Decreto Pauli V. & literarum prohibitionem comprehendantur, & Bulla Cruciatæ non suffragetur, licet Archiepiscopo contra Sacerdotes tam Saculares, quam Regulares in eisdem Capellis celebrare volentes, post edictum Archiepiscopi publicatum, seu intimatum procedere; & quibus pœnis illos punire? Respondit Privilegium Bullæ Cruciatæ non suffragari: ideo licet Archiepiscopo contra Sacerdotes tam Saculares, quam Regulares in eisdem Capellis celebrare volentes, post edictum Archiepiscopi publicatum, procedere etiam ad pœnas Censurarum. Quam declarationem asserit Pignatell. d. tom. 6. confult. 98. n. 117. subdens, quod Tridentinum Concil. dist. sess. 22. in Decreto de evit. & observ. in celebr. Miss. revocat, quoad Oratoria privata, omnia privilegia, & sic etiam Bullam Cruciatæ, quæ licet à Summis Pontificibus proregetur pro Regnis Hispaniarum, illa prorogatio non addit de novo; sed solum extendit ad ulterius tempus, ut dixit Rota coram Seraphino decif. 583. n. 2. in fine, coram Merlin. decif. 553. n. 11. & coram Ludovis. decif. 522. n. 17. & notat Fagnan. in cit. cap. Auditorio n. 10. de Cenſib.

His ita enunciatis pro intelligentia Canonum, & Brevium concernentium Oratoria tum publica, tum privata, in quibus Sanctissima Eucharistia & conficitur, & dispensatur, deveniendo ad resolutionem propositi casus, omnes dixere, licitum esse Viro nobili, ex indulto Pontifici Oratorium privatam domi sue habenti, dum Missam audit in eo, una cum Uxorè, bis, tervè in hebdomada à Sacerdote celebrante Communionem accipere; nulla enim est prohibitio vel respectu suscipientis, vel respectu loci, vel respectu administrantis.

In suscipientibus nulla est prohibitio, quia non solum licet laicis bis, tervè in hebdomada ex devotione communicare; sed etiam quotidie data debita devotione, & præparatione, de qua infra, sicut in primitiva Ecclesia omnes Christiani faciebant. Emin. Card. Bona Roman. Hierurgic. lib. 2. cap. 17. n. 2. ubi probat hanc fidelium devotionem quotidie communicandi perdurasse usque ad initium quinti sæculi, & eam renovari optasse Concil. Trid. sess. 22. de Sacrific. Miss. cap. 6. tamquam proficuum populo fidelium, ut testantur SS. Patres, & probat Grassius de Arbitr. Confessor. lib. 1. cap. 30. & latius infra in Casu Prudentiali.

Respectu loci nulla est prohibitio, quia cum Papa concesserit hunc Viro nobili, ut in propria domo Oratorium habere possit, & in eo Sacrificium Missæ celebrare facere; per consequens concessisse censetur, ut in eo sacram Communionem valeat percipere; cui enim conceditur, quod est majus, dicitur etiam concessum, quod est minus. cap. Ex par. 3. extr. de decim. Megalla tom. 2. Promptuar. Verb. Eucharistia Minister. n. 17. Bordonus Var. Resol. part. 3. resol. 144. n. 17. & Volpi ref. 61. n. 20. Tantò magis, quia ex instituto Ecclesiæ, & ex præscripto Ritualis Romani de Communione, ea est præbenda in Missa, statim post Communionem celebrantis, ne fideles priventur illis precibus, quas post Communionem Ecclesia recitari jubet, spectantes tum ad Sacerdotem, tum ad alios fideles, qui sacram Eucharistiam ibi sumunt; ut observat Emin. Card. Brancatius in dissert. de Sacro Viatico p. 157. Summa Diana Verb. Communio n. 71. & Hierolexic. Macri in Verb. Communio in princip. subdens, quod idcirco in Sabbato Sancto non recitatur in Sacrificio Postcommunionis, eò namque die non distribuitur Eucharistia. Sed de hoc in Prudentiali casu sequentis Mensis Aprilis.

55

De Sacramento Eucharistie.

quia si celebrans est Sacerdos Regularis, huic licita est Eucharistia administratio vigore privilegiorum. Portell. p. 3. cas. 39. Diana Coordinatus tom. 4. tr. 2. resol. 44. desumpta ex part. 4. tract. 4. ref. 14. ac etiam Bordon. d. p. 3. ref. 144. n. 16. 17. & 18. ubi plurimos DD. allegat sic docentes; licet enim antiquitus Regulares communicare non possent. Laicos absque Parochorum licentia, sub excommunicationis pœna, per Clement. Religiosi. De Priv. Miranda in Manual. Prel. q. 42. art. 1. Nihilominus ex subsequentium Privilegiorum concessione dicta facultas fuit Regularibus impertita, excepto die Paschatis, & Viatico. P. Augusti à Virgine Maria de Privil. Relig. Verb. Eucharistia. Bord. d. ref. 144. n. 18. Biffus in Hierurg. tom. 2. Verb. Missa n. 211. f. 16. Tonell. in S. Encyrid. lib. 1. cap. 2. f. 2. n. 14. Gobat. de Eucharistia. tract. 5. n. 368. Quartus in Rubr. Miss. par. 3. tit. 10. n. 1. dub. 9. & Emin. Card. de Lauræa de Euchar. disp. 24. n. 77. Quod si celebrans sit Sacerdos sanctissimam Eucharistiam fidelibus, nisi sint sibi subditi, & habeat in eos jurisdictionem vel ordinariam, vel delegatam. Emin. Card. de Lugo de Sacram. Euchar. disp. 18. n. 36. Pignatell. d. tom. 6. conf. 98. n. 86. & Laym. lib. 5. tract. 4. c. 7. n. 3. Tamen ex universalis Ecclesiæ consuetudine, & ex communi placito Doctorum, quilibet Sacerdos, præcipue dum celebrat, potest communicare fideles ex tacita licentia Episcoporum, & Parochorum; ac ex eorumdem interpretativa voluntate; quæ in admittenda SS. Eucharistia sufficit, excepto (ut diximus) Paschali, ac mortis tempore. Emin. Card. de Lugo d. disp. 18. n. 37. & de Lauræa d. disp. 24. n. 78. hanc rationem allegantes, scilicet, quia in omnibus, quæ cadunt in commodum, & beneficium Domini, ac Superioris, potest quis uti ejus voluntate interpretativa, nisi aliàs constet, Dominum esse invitum. At cadit in commodum Episcopi, & Parochorum, quorum interest, fidelis populi devotionem fovere, & Sacræ Eucharistia pabulo nutrire, si Eucharistia debita cum reverentia piè poscentibus dispensetur. Ergo simplex Sacerdos licet illam dispensat ex interpretativo consensu Superiorum; & ita concedunt Barboſ. in Collat. DD. ad Concil. Trid. d. sess. 22. de Sacrific. Miss. c. 6. Bonacina de Sacram. Eucharistia. tom. 1. disp. 4. q. 3. pu. 1. n. 7. Candidus disquisit. 47. art. 2. n. 4. Bordon. Var. resol. part. 1. resol. 20. n. 26. Gavant. in Rubr. Missal. part. 2. tit. 10. n. 6. Quart. ib. p. 2. tit. 10. sect. 3. dub. & difficult. prima in fine. Navar. in Man. cap. 21. n. 52. Mastrius in Theolog. Moral. disp. 18. n. 72. Biffus in Hierurg. Verb. Euchar. n. 174. f. 2. tom. 1. pag. 405. & in puncto tenuit Beja part. 4. casu 14. ubi præter supradictas rationes, ulterius consideravit, quod cum Ecclesia reservaverit Parochis Communionem suorum Parochianorum tempore Paschali, & causa Viatici tempore mortis; sequitur, aliis temporibus administrationem Eucharistia non esse Parochis reservatam; siquidem inclusio unius est exclusio alterius. Cap. Nonne, de Presumpt. l. Cum Prætor. ff. de Judic. Barboſ. Axiom. 120. Et ulterius S. Trid. Concil. in sess. 13. cap. 8. agens de Eucharistia dixit, Ministros hujus Sacramenti, quò ad usum, & sumptionem fidelium esse Sacerdotes celebrantes; non autem dixit esse Parochos tantum.

Tandem; licitum esse in Oratorio privato supradictam Dominici Corporis, dum Missa celebratur, dispensationem, probat Decretum S. Congregationis Concilii die 11. Februarii 1679. De Quotidiana Communione (infra relatum sub casu Prudentiali) in quo S. Congregatio jubet, doceri, Sanctissimam Eucharistiam esse sumendam vel in Ecclesiis, vel in Oratoriis privatis, concessis ex Pontificia dispensatione ad celebrandum; non autem esse defendendam secretò in crumena argentea ad domi existentes, vel lecto cubantes.